

L 16 Den Göttern sei Dank!

L: „Salve, Quinte! Tandem te video. Ut vales?

Narra mihi, quaeso, de itinere vestro.

Audivi dominum Gallum Flaviam non dimis**isse**.

Estne verum vos eam per vim liberav**isse**?“

Q: „Quis¹ stultus tibi has ineptias² narravit?

Dic ei id verum non esse.

Verum est Aufidium Aridum difficilem non fu**isse**.

Item verum est eum vix cessav**isse** Flaviam dimittere.

Sed properare debeo; nam pater deis sacrificare parat.

Vale, Luci!“

Tum domum properat.

Ibi totam familiam ad cenam conven**isse** videt.

Cito considit. Sed ubi est pater?

Tum Quintus vocem eius audit;

iam Domitius intrat, considit, signum cenae dat.

Nunc omnes se cibis bonis vinoque delectant.

Post breve tempus pater surgit et ad lararium³ focumque accedit.

Omnes tacent et eum spectant.

Is autem primo tempora⁴ sua fundit Geniumque spargit vino.

Deinde caput velat⁵ et eum appellat:

„Magne Geni, cape⁶ libens donum et votis fave!“

Tum Laribus gratias agit,

quod iter auxilio eorum bene cessit.

Postremo cibos et sales et tura⁷ flammis dat.

Omnes, dum dona ardent, cum silentio spectant.

Tum se mensa secunda⁸ delectant.

1) **quis** (hier): welcher 2) **hās ineptiās**: diesen Unsinn 3) **larārium, -ī n**: Lararium 4) **tempora** (hier): Schläfen 5) **vēlāre**: verhüllen 6) **cape**: nimm 7) **salēs et tūra**: (einige Körner) Salz und Weihrauch 8) **mēnsa (-ae) secunda (-ae)** f: Nachtsch